



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Exco[m]municatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

erificium inchoatum ab eo, qui morbo correptus est. *Conc. Tolet. 7. c. Nihil. 7. q. 1. Sua. d. 66. sect. 6.*

Qui futurum videt, vt nequeat intra dies quindecim paschali communioni destinatos communicare, non tenetur præuenire. *Suarez d. 70. sect. 3.*

Eucharistiam indignè sumens in die Paschatis satisfacit præcepto. *Azor. l. 7. c. 41. q. 2.* Reclamant alij.

EXAMEN.

EXaminari non oportet eum, quem notum est esse sufficientem. *Vide glo. d. 47. de Perro.*

Excommunicatio, vide Clericus, Furtum, Interdictum, Missa, Sacramentum.

EXcommunicatio est nulla, si sit lata, à denunciato excommunicato. suspensio à iurisdictione, aut interdicto, aut post legitimam appellationem, (potest verò appellari etiam post excommunicationem conditionalem ante impletam conditionem: quia ante eam non ligat) aut cum errore intolerabili.

*A Denuntiato } *Nau. c. 27. nu. 7.*

Legitimam } *Sayrus. lib. 1. c. 16.*

Potest } *ibid. nu. 24.*

2 Qui post excommunicationē appellat, nō potest

potest denunciari, antequam audiatur appellatio.

**De appellatione Sayrus. l. c.*

3 Declaratio quod quis incidit in excommunicationem, suspenditur per appellationem; & si fiat sine partis citatione, & comparantis auditione, est nulla.

4 Excommunicatio sine iusta causa, non est valida in foro interiori; itaque potest talis celebrare, vbi non est scandalum.

**Caieta. 2. 2. q. 70. art. 4. ad secundum, Ledes. de matrimon. q. 55. art. 11. pag. 509. Vide Greg. de Val. d. 7. q. 17. p. 3. t. 4. Nau. cap. 27. nu. 3. Iniusta nulla obligat, quousque populus doceatur, sed valida obligat in vtroque foro, Val. & Nau. l. c.*

5 Excommunicatio ab homine non ligat eos, qui post eius finitam iurisdictionem contrahunt.

6 Excommunicatione non ligatur, quem excommunicans, aut petens excommunicationem, non intendit ligari: non intendit autem quem si cogitaret, exciperet, vt uxorem, filium aut fratrem, nec quem causa iusta excusat, nec qui inculpabiliter ignorat Ius, aut factum, scilicet latam esse Excommunicationem, aut se fecisse id, pro quo lata, nec cui a parte datur dilatio priusquam incidat: nec verò postea incidet, nisi data esset de confes-
su iudicis.

**Vide*

*Vide *Nau. c. 27. nu. 14.*

Ignorans? *Nau. l. c. nu. 16. Syl. Ignorantia. nu. 16. Say. l. 1. c. 18. Coua. in c. Almap. 1. §. 10. Sot. d. 22. q. 1. ar. 2. §. Nec cui? Nau. nu. 15. Sot. c. 11.*

7 Excommunicatio non dato spatio se tuendi contra præceptum, est nulla.

8 Nemo debet excommunicari, nisi ob contumaciam, quæ sit peccatum mortale. Nec vlla excommunicatio incurritur sine peccato mortali, seu mortali inobedientia contra Ecclesiam.

**Sot. d. 22. q. 1. art. 2.* non censetur autem inobedientia, nisi præcedat admonitio excommunicationem comminans à iure, vel ab homine. *Sot. l. c. Vide Vual. de excommunic. num. 113.*

9 Excommunicatio sine monitione ferè semper est inualida: sufficit verò in excommunicatione generali, generalis etiam monitio, & quidem ipsum præceptum generale promulgatum monitio est, & quæuis prohibitio peccati futuri.

**Vide Vual. l. c. numer. 115. & inde. Sayrum li. 1. c. 12. Couar. Sot. l. c.*

10 Excommunicatio lata à de legato, qui copiam suæ commissionis parti petenti noluit dare, est nulla, secundum Inn. & Pan. & Felin.

11 Non potest quis se excommunicare, nisi denunciando Superioris excommunicationem,

12 Episco-

12 Episcopus non potest excommunicare existentem extra Dioecesim, aut in loco exempto, aut non subiectum sibi tempore promulgationis edicti, seu Excommunicationis ab homine (secus est. n. de statuto, aut lege, quæ potest etiam postea subditum; aut in territorio agentem ligare.) Quidam tamen dicunt, non posse quidem pro peccato extra commissio excommunicare, sed pro commissio in Dioecesis loco non exempto posse excommunicare etiam absentem: item si absens non vult restituere, aut residere. Quæ ego Iuris peritis discutienda relinquo: interim existimo, qui non est subditus dum peccat, non posse pro eo ab Episcopo excommunicari, nisi forte per statutum, vt si externus in eius territorio peccet: de quo *Vide gl. c. 21. de sens. excom.*

*Extra Dioec. 3. Nau. c. 27. nu. 6.

Exemptos 3. aut Papæ priuilegio non potest excommunicare. *Say. l. 1. c. 8. nu. 7.*

13 Excommunicare subditum suum potest Præpositus Ecclesiæ Collegiæ, etiam Regularis, vt Prior, Guardianus, eorumque Vicarij ex ipsorum commissione, & Capitulum Sede vacante. Quidam tamen negant posse Priorem, vel Abbatem.

*Viu. l. c. nu. 123. *Vide c. cum ecclesia de maior. obed.*

14 Non potest excommunicari Collegium, aut Communitas, nisi sciatur omnes deliquisse.

quisse, a legij, quati.

*Viu. Say. de c.

15 Rege censuris

16 Exco deoque

17 Exco tandum

audire, 8 *Vide

nu. 239. S.

18 Quic pœna E

difficill

possibili excom

*Lata suam occ

nu. 114. M

19 Exco cõprehen

tes, nisi excom m

fulentes, res non fi

sect. 1. num *Nau

quiffe, aut dicatur sic: Omnes & singuli Cō-
legij, qui tale quid fecerint, sint excommuni-
cati.

*Vid. l. c. nu. 124. Syl. excomm. 1. num. 3. Vide
Soyr. de censu. lib. 1. c. 8. nu. 18.

15 Reges à solo Papa excommunicantur, &
censuris ligantur.

16 Excommunicationes vulgo ignotæ, a-
deoque vsu non receptæ, non ligant.

17 Excommunicatus occultus potest ad vi-
tandum scandalum, vel grauē iacturā Missā
audire, & celebrare: nec fiet irregularis.

*Vide V. Euch. nu. 13. V. Censura. 4. Nau. c. 27.
nu. 239. Soy. lib. 2. c. 3. num. 28.

18 Quidam putant, nullum præceptum sub
pœna Excommunicationis obligare in re
difficillima: haberi enim id in Iure pro im-
possibili: nec si in re leuissima adijciat pœnā
excommunicationis.

*Lata in furantes, non ligat eum, qui rem
suam occultè arripuit. P. N. l. 3. c. 1. n. 402. Nau.
nu. 114. Med. c. de restit. q. 11. Syl. Furtum. 14.

19 Excommunicatio lata in facientes, non
cōprehendit mandantes, aut aliter adiuuan-
tes, nisi exprimat; neque cum principaliter
excommunicatur faciens, & secundario con-
sulentem, & iubentes comprehenduntur hi, si
res non fiat. Nau. c. 27. nu. 78. Suarez disput. 22.
sect. 1. num. 55. & seqq.

* Nau. l. c. nu. 51. Soy. lib. 1. c. 10.

20 In dubio an consulens principaliter excommunicetur, interpretandum quod secudario, seu accessorie tantum.

21 Consulens dicitur, qui rogat, aut monet, aut ostendit esse utile.

22 Cum in excommunicatione dicitur, vt intra tot dies aliquid fiat; numerandi sunt à die scientiæ de excommunicationis edicto. Quòd si præcipitur aliquid reuelari, qui solus per terminum illum rem sciuit, ligatur si non reuelet. *Nau. c. 25. numer. 46. Suarez. disput. 20. sect. 3. num. 14.*

23 Excommunicationes Conciliorum Prouincialium, etiamsi à Gratiano citentur, non ligare nisi in suis Prouincijs, quidam dicunt quod ego non ausim dicere de ijs, quæ vbi que videntur receptæ.

24 Excommunicatus est ipso facto, quicumque etiam ipse excommunicator, consulendo, fauendo, aut iuuando communicat cum aliquo in crimine, ob quod ille est excommunicatus, sciens illum esse particulariter denunciatum: excusat tamē ignorantia probabilis non autem crassa, & supina. *Nau. c. 27. nu. 16. Sot. in 4. dist. 23. q. 1. art. 1.* est que reseruata hæc excommunicatio eidem, cui prior.

*Excommunicator *Say. lib. 2. c. 15. num. 19.*

Innoc. in c. Quod in dub. de sent. excom.

In crimine *Sayrus l. c. nu. 15. Nau. c. 27. nu. 16.*

32, 112,

25 Cum

25 Cum dicitur, Sit excommunicatus, aut excommunico, aut sub poena latae sententiae, significatur ipso facto, si res prohibita fiat. Secus est si dicatur, Sub excommunicationis, vel Anathematis poena, vel interminatione. Vide glo. c. Relatum, de iure patron. & c. Dolentes, de celeb. Mis. & de Simonia, c. 33. & de sagitta, c. 1. & de eo qui furtiuè, cap. 1.

*De forma excomm. Say. lib. 1. c. 11.

26 Aliquando, Anathema sit, ponitur pro, Excommunicetur. Vide d. 23. Si quis.

27 Excommunicatus est suspensus ab officio, & beneficio, nec potest esse Procurator, sed potest institui, futurus post absolutionem; nec accusare, iudicare, aut testificari, nisi in causa hæresis: si tamen in iudicio accusat, aut testificetur, non peccat mortaliter: potest tamen institui hæres, eiusque testamentum, & contractus tenent: reddendaque ei debita, & potest agere in iudicio pro utilitate Ecclesiae.

*Suspensus} Nav. c. 27. nu. 21. {Procurator}
Say. l. 2. c. 8. Na. l. c. nu. 23. vide Say. c. 6.

Hæres} Say. l. c. c. 5. nu. 27. {Testamentum}
Say. l. c. c. 9.

28 Non valet beneficij collatio facta excommunicato, nec electio, aut presentatio. Quod si est collatum nescienti excommunicationem, potest retinere post absolutionem, dispensante eo, ad quem collatio pertinebat: potest & acceptare beneficium sibi ante Excom-

K mmica-

municationem collatum, & post absolutio-
nem possidere.

* Collatio *Nau. l. c. nu. 21. vide Say. l. 2. c. 5. Co-
nar. l. c. p. 1. §. 7.* Nulla est etiam, si nesciat se
excommunicatum. vide *Say. l. c. nu. 8.*

29 Excommunicatus non potest eligere: va-
let tamen praesentatio facta à laico excom-
municato; dummodò non sit denunciatus,
aut notorius Clerici percussor. *Nauar. consil. 1.
de Iurepatr.*

* Eligere *cap. constitut. de appell. Nau. l. c. nu. 21.*

30 Gesta per excommunicatum, vel suspen-
sum, dum publicè in officio toleratur, valida
sunt, etiamsi sciatur esse excommunicatus:
toleratus autem dicitur, cum errore populi
habetur pro legitimo.

31 Licentia data à Pastore etiam denunciato
excommunicato, de ijs quibus alias poterat, va-
let: vt quòd subditus ab alio ordinetur, aut
confirmetur, aut possit praedicare, vel audire
Confessiones, vel assistere loco ipsius matri-
monio, &c. *Secundum Palud. in 4. d. 23. q. 2. et
2. Sylu. vers. Vnctio numer. 4. Armil. 16. numer. 5.*
tamen opposita opinio est verior, & tutior.
Quòd si non est denunciatus, nò peccat mor-
taliter exercendo actus iurisdictionis, qui nò
sunt Officia diuina.

* De administrandis Sacramentis ab ex-
communicato *Say. l. 2. c. 1. 2.*

32 Communicans illicitè cum excommuni-
cato,

cato, etiam à se, incurrit excommunicatio-
nem minorem, nisi sit Papa: incurrit verò et-
iam cum mortuo communicando, vt lauand-
o, aut comitando, &c.

*Say. l. c. c. 11. nu. 30. De minori excommunic.

Nau. c. 27. nu. 24. Couar. l. c. 78. Say. c. 22.

Mortuo 3 Say. c. 15. num. 12.

33 Excommunicatio autem minor impedit,
ne quis possit suscipere Sacramenta. (sed po-
test conferre, & vti iurisdictione) nec elegi; e-
lectionem verò talis ad beneficium quidam
irritam aiunt, alij irritandam. certè, si se igno-
rabat excommunicatum, nō videtur inualida.

Potest conferre 3 Naua. l. c. vide Sayr. l. c. c.
22. num. 17. Innoc. tamen, & alij negant con-
ferre posse. vide Syl. excom. 4. nu. 5.

Iurisdictione 3 Syl. l. c. nu. 3. Say. l. c. num. 22.
Fual. num. 47. de excommun.

Nec eligi 3 Nauarr. l. c. Maiol. de Irreg. l. 3.
cap. 21.

Iritam 3 Couar. l. c. num. 3. ex Host. & Cat. Vi-
nal. nu. 48. Syl. l. c. nu. 3.

Iritandam 3 Feli. in c. Dilecta de except. Per.
à Cor. lect. 4. de excomm. Sayr. l. 2. c. 22. nu. 23.

Non videtur inualida 3 Syl. l. c. nu. 4. contra
Couar. Say. l. c. Fual. nu. 49.

34 Excommunicati vitandi solummodo si
sint denunciati nominatim, aut si notorij
Clerici percussores, sic vt nulla possint ter-
giversatione celari, aut Iuris remedio excu-
sari.

fari, & non credantur esse absoluti, aut dubitetur an sint denunciati. Quod si alibi est quis denunciatus, & hic nescitur, non est hic publicè vitandus.

*Vide *Conar. l. c. §. 2. numer. 7. Say. l. 2. c. 12. Tob. l. 1. c. 9. Naua. c. 27. nu. 35. Sor. d. 22. q. 1. articu. 4. Maiol. de Irregular. lib. 3. cap. 21. nu. 4.*

35 Ab excommunicato, quem non teneris vitare, potes accipere Sacramenta, si est Pastor tuus, aut paratus ministrare. In articulo a. item mortis potes etiam à denunciato.

**Sot. l. c. Final. num. 79.*

36 Excommunicatum denunciatum, vel notorium percussorem Clerici, vel hæreticum non licet sepelire in sacro, nec pro eo hostias offerre. *Nau. c. 27. nu. 134. Tol. lib. 1. c. 38. & 39.*

**Nau. l. c. nu. 36.*

37 Non impedit excommunicatio dispensationem factam ex Papæ commissione.

38 Prohibita cum excommunicato contenta hoc versu: Os, orare, valè, communio, mensa negatur.

**Vide Nau. l. c. nu. 20. Sayrum. l. 2. c. 15.*

39 Os, id est, sermo, litteræ, nuntii, munera. Missa tamen ab eo munera, possunt mitti pauperibus.

40 Orare, id est, participare in diuinis. Quare non debet in Ecclesiæ Officijs permitti, & si non possit pelli, omittenda Officia, etiam Missa, si nondum sit coeptus Canon;

tunc

tunc enim pergendum, & post communio-
nem finienda Missa in Sacristia: nisi esset in-
gressus ad orandum seorsum; tunc enim non
cum eo communicatur vt nec communicat
cum eo, qui aliud quam ipse sacrum audit:
Quod si excommunicatus Officiam recitet
cum laico, non videtur graue peccatum: nec
peccatur si quis cum eo oret priuata oratio-
ne: prohibetur enim communicatio in ora-
tione quæ fit Ecclesie nomine: itaque potest
pro ipso orari in Missæ Memento, scilicet pri-
uata oratione.

*Vide Sayr. l. 2. c. 3. Cou. l. c. 6. Vinal. nu. 82.

Coepus canon Nau. l. c. nu. 33. Sayr. l. c. nu.

19. Maiol. lib. 3. c. 25.

Memento Nau. l. c. nu. 36. Azor. lib. 10. c. 22.

Sayr. l. c. cap. 4. num. 9.

41 Vale, id est, salutare, scilicet verbo, vel scri-
pto: nam assurgere, vel caput aperire, non vi-
detur prohibitum. Secundum Maio & Ang.
vt refert Nau. c. 27. num. 20. sed tenenda com-
munis sententia opposita cum Nau. ibid.

42 Communio, scilicet habitatione, aut cō-
uersatione. Potest tamen quis in eodem cum
illo loco esse, modo non conuersetur.

43 Mensa, scilicet communis, itemque lectus.
Qui tamen ederet in eadem mensa separa-
tim, & per accidens dormiret sine intentione
communicandi, non peccaret.

44 Excusant communicantem, eiam in di-
uinis,

uinis, contenta hoc versu: Vtile, lex humilis
res ignorata, necesse.

* Explicat *Nau. l. c. nu. 26. Say lib. 2. c. 4.*

45 Vtile, scilicet participanti, vel animæ ex-
communicati: itaque potes salutare si id tibi
vtile, & agere cū illo quod illius animæ pro-
fit, vt ad Concionem ducere. Excusat, & in
diuinis communicantem timor damni grā-
dis, & in alijs communis societas.

46 Lex, scilicet matrimonij: itaque excusa-
tur coniux.

47 Humilis, scilicet subiectio, vt filiorum,
vel seruorum, vel famulorum; denique sub-
ditorum, vt Prelato Religiosorum, & Episco-
po Clericorum.

48 Debent & patres excommunicatis filijs
prouidere, & seruis domini.

49 Res ignorata, scilicet nescire esse denun-
ciatum.

50 Necesse, scilicet alterutri.

51 Cōmunicare cum excōmunicato, ferè est
veniale, nisi in diuinis cōmunicetur illicite.

* Vide *Sot. d. 22. q. 1. art. 4.* Pro quocunq; ex-
cōmunicato cōmuni Ecclesie oratione orare
p. m. est. *Sot. l. c.* excōmunicatos nominatim,
vel publicos clericorum percussores sacrū fa-
cere, vel ab ijs audire, aut cū eis dicere horas
p. m. est. *Sot. l. c.*

Absolu